



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

I. De catholicae fidei plenitudine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

re iura perfidia; quosdam vero sacri baptismatis expiatos ablutione, ita in apostasia * dolo relapsos errorem, vt detestabilior inueniatur in eis * profanatio blasphemiae, quam in illis, quos nondum constat purificatos esse regenerationis * sacro liquore. Pro quo bonae intentionis agone, & lucro fidei verae, obsecro reuerentiam beatitudinis vestrae, atque per supra taxatum contestor tremendae coniurationis tenorem, vt absque omni fauore, vt absque omni personarum partis ipsorum acceptione, quidquid ad Domini & redemptoris mei Iesu Christi veram fidem, verumque pertinet * amorem, de his iubeatis ardentem & verissime Deo, ac fidei meae placitam sententiam dare. Vt sicut mihi diuina pietas regimen fidelium dedit, cum quibus se a me glorificari cognoscit, ita quoque infidelium assequi tribuat lucrum, in quibus & voluntatis suae fieri bonum, & eius aduenisse congaudeam venerabile regnum. Datum sub die decima septima Kalendarum Ianuariarum, anno feliciter quinto gloriae regni nostri. * In nomine Domini, Flauius Reccesuindus rex hanc fidei & bonae voluntatis meae deliberationem manu mea subscripsi.

Relecta tomi pagina, vel finita, cum glorificassemus Deum de fidei principalis auditu, & de bonae voluntatis eius affectu, ad * peragendum causarum ceterarum negotium statim vertimus animum, simulque sumus exorfi * iudicium.

I.

Tunc primae narrationis exortu, verae fidei nobis tractatus occurrit: vt incipientes de illa primitus loqui, inde soliditatis auspicemur exordium, vnde sacrae sumptimus natiuitatis initium. Quatenus assertionum * nostrarum fortis praemissa sententia, quidquid subsequenter aduenerit de actis negotiorum, fortius * subsistere valeat * seriem decretorum. Itaque vnus sacrae fidei veram professionem, veramque regulam tenere, nos tota virtute animi & profitemur, & acclamamus, cunctisque percipiendam, ac retinendam plena deliberatione incessanter praedicamus & pandimus; sicut a sanctis apostolis ostenta docetur, sicut a sequentibus patribus orthodoxis disserta probatur, sicut etiam in sanctis illis synodalibus gestis verissime confirmata dignoscitur; in quibus Arii, Macedonii, Nestorii, vel Eutychetis insanissimus error & dilucide proditur, &

radi-

ANNO
CHRISTI
655.* dolco,
al denuo
* prola-
tio
* sacre* hono-
rem,* Item
subscri-
ptio: In
nom.* perage-
darum

* initiu.

* sancta-
tarum* sustine-
re
* serie re-
cto

ANNO
 CHRISTI
 655.

radicitus extirpatur: sicut denique^b in sacris missarum so-
 lennitatibus concordī voce profiteamur, ac dicimus:

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, fa-
 ctorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium
 conditorem: & in vnum Dominum Iesum Christum, fi-
 lium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæ-
 cula; Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex
 Deo vero; natum non factum, homouision Patri, hoc est,
 eiusdem cum Patre substantiæ: per quem omnia facta
 sunt, quæ in cælo, & quæ in terra: qui propter nos, & pro-
 pter nostram salutem^{*} descendit, & incarnatus est de Spi-
 ritu sancto, ex Maria virgine, & homo factus est; passus
 sub Pontio Pilato; sepultus, tertia die resurrexit. Ascendit
 ad cælos, sedet ad dexteram^{*} Patris: inde venturus in
 gloria iudicare viuos & mortuos; cuius regni non erit fi-
 nis. Credimus in Spiritum sanctum, Dominum, viuifica-
 torem, ex Patre & Filio procedentem, cum Patre & Fi-
 lio adorandum, & glorificandum; qui locutus est per pro-
 phetas: ^{*} in vnam catholicam atque apostolicam eccle-
 siam. Confitemur vnum baptisma in remissionem pecca-
 torum. Expectamus resurrectionem mortuorum, ^{*} vitam
 futuri sæculi. Amen.

* descen-
 dit de cæ-
 lis, incar.

* Dei pa-
 tris om-
 nipoten-
 tis:

* & vnā

* & vitam

Huius sanctæ fidei regula idcirco nunc tractatus non
 recipit aperturam, quia & a sacris doctoribus abunde
 constat exposita, & imminentium causarum negotia nos
 ad alia pertrahunt peragenda.

II.

Secundæ disputationis occurſu adfuit negotium tam
 difficile, quam & graue, in quo de refugis atque perfidis
 disputatione commota; vtrumne posset eorundem tem-
 perari sententia damnatorum, magno satis conatu est ex-
 quisitum. Sed cum illarum series conditionum, ad quas
 decursis non longe temporibus pro eorum penuria, ho-
 stilitatis vastitas^{*} nos iurare coegerat, nostris esset audi-
 tibus recensita, tantam reperimus obligationis illic inesse
 censuram, vt macularum suarum nodositas non tantum
 videretur prohibitionem dedisse transgressionum, quan-
 tum conclusisse viscera pietatum. Aderat enim, quod in v-
 troque paupor agebat, & ne sancti nominis profanatio fie-
 ret, & ne miserationis operatio interiret: quia ex Dei no-

Conc. To-
 let. 7. c. 1.

* non